

355
Aduertencias para

consecratione eius dicitur, quod possit predicare, seu Euangelizare, intelligitur, idest, publice & sollemniter Euangelium pronunciare: vel sic potest Euangelizare, idest, Catechumenos docere fidei articulos, & alia que necessaria sunt ad Christianismum. Veruntamen [auctore Caietano] si Diaconus sit egregia præditus doctrina & auctoritate, poterit ex commissione, non solum ista communia docere, sed etiam sollemniter Euangelizare exponendo, & interpretando in predicatione Euangelium, ut Episcopus, & alij faciunt, sicut legitur Vincentio Illustrissimo Martyri a Sancto Valerio Episcopo, hoc munus fuisse commissum. Videatur Sanctus Thomas. 3. p. q. 67. art. 1. ad. pri.

50 ¶ Adhuc dubium est, Vtrum liceat per aspersionem plures simul Baptizare? Hoc dubium alijs verbis proponitur à Doctoribus. Si Sacerdos possit simul plures Baptizare dicendo: Ego Baptizo vos. Scotus in. 4. dist. 6. q. 2. art. 3. lit. F. dicit, quod ille qui plures simul aspergens vel fundens, & simul professens formam in plurali, dicendo: Ego Baptizo vos in nomine Patris &c. Baptizat simul omnes, tamen peccat mortaliter quia